



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 110. Sessio I. Ferrariensis Synodi Græcorum simul & Latinorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

vero Eugenius Papa podagra detentus ad Sæcul. XV.  
Ecclesiam, ubi Synodus fuerat indicta, A. C. 1438.  
 accedere non posset, in amplio Pontificii  
 palatii Sacello convenere Patres, eodem  
 ordine, & apparatu, quem prima vice  
 stabilitum, & observatum vidimus in ma-  
 jori templo S. Georgii, ubi Synodo so-  
 lemne datum erat Principium.

### §. CX.

#### *Sessio I. Ferrariensis Synodi Græco- rum simul, & Latinorum.*

Ergo die octava mensis Octobris Feria *Labbe Conc.*  
 quarta cum Græcis prima celebrata <sup>to. 13. p. 34.</sup>  
 est Sessio, ante cujus principium Imper-  
 rator eos, qui habitis intererant congrega-  
 tionibus, scilicet sex illos illustiores Ar-  
 chiepiscopos magnum Chartophylacem,  
 magnum Ecclesiarcham, duos Abbates  
 tresque Doctores ad se vocavit, rogans,  
 quæ dogmata ante omnia forent discu-  
 tienda. Hi in diversas abiere sententias;  
 vicit tamen potissima eorum pars, quæ  
 disputationi initium dandum esse censem-  
 bat a secundo articulo: An Ecclesiæ la-  
 tinæ dogma de Processione Spiritus san-  
 ti orthodoxum esset, ac eundem a Filio  
 procedere, jure additum fuisset? Elege-  
 runt Græci, atque Latini utrinque senos  
 Prælatos, fueruntque illis ante altare, in  
 quo liber Evangeliorum positus erat, se-  
 dilia

**Sacul. XV.** dilia collocata, Latinis ad partem Pontificis, Græcis vero ad Imperatoris, & Patriarchæ latus confidentibus, ita ut vultus mutuo ad se conversos tenerent.

### §. CXI.

*Dottores in hac Sessione ad disputandum selecti.*

**E**x Latinorum agmine in arenam descendunt duo Cardinales, Albergatus, & Julianus; Andreas ex Ordine S. Dominici Archiepiscopus Coloffensis, Ludovicus Episcopus Foroliviensis Ordinis Minorum cum tribus Theologis Joanne de Montenigro ordinis F. F. Prædicatorum, Lombardiæ Provinciale, Petro Perqueno ordinis Minorum, & Joanne de S. Thoma Eremitarum S. Augustini Alumno. Ex Græcis ad disputandum nominantur tres Metropolitæ, Marcus Eugenius Ephesinus, Isidorus Ruthenus, & Bellarion Nicænus, qui quidem ætate juvenis, sed scientia ac modestia grandævus ceteris omnibus magis unionem promovit, eamque usque ad finem constanter defendit, quo tamen studio Græcorum, quibus hæc conjunctio non placuit, invidiam in se concitatavit, adeo, ut in Italia haere re coactus esset, ubi tamen postea in virtutis suæ præmium Cardinalium purpura decoratus claruit. Præfatis hisce Metropo-